





D. THOMÆ

SUMMA



II.

BX1749

T6

v. 2

1765-66



EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis



1080015893

D. THOMÆ
AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI
OPERA
TOMI SEPTIMUS

D. THOMÆ
AQUINATIS,
DOCTORIS ANGELICI
OPERA.

TOMUS SECUNDUS.

D. T H O M Æ
A Q U I N A T I S,
D O C T O R I S A N G E L I C I,
O R D I N I S P R Æ D I C A T O R U M,
O P E R A,

JUXTA EDITIONEM VENETAM MDCCLV.
AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM.

Editio prima Matritensis à quam pluribus mendis repurgata.

A C C E D U N T

F. JOANN. FRANC. BERNARD. MARIÆ DE RUBEIS
IN SINGULA OPERA ADMONITIONES PRÆVIÆ.

TOMUS SECUNDUS

complectens Summæ Theologicæ PRIMAM SECUNDÆ.



UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE MEXICO
Capilla Alfonso
Biblioteca Universitaria

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: MDCCLXV.

Ex Typographia Viduæ ELISÆI SANCHEZ.

FOR. DE. IMPRERIA
VALLEJO Y LETIZIA
44722

238
9.

Bx1749
T 6

D. THOMAS AQUINAS
DOCTORIS ANGELICI
ORDINIS PRÆDicatorum
OPERA.

Iuxta Editionem Venetam MDCCV.
Ad plurima exempla comparatam

Idio prima Martiana à duam pluribus mendis reprobata
ACCEDUNT
T. JOANN. FRANC. BERNARD. MARIE DE RUBEIS
IN SIGNA OPERA ADMONITIONES PRÆVIÆ.

TOMUS SECUNDUS
Complexus Summæ Theologicæ PRIMAM SECUNDÆ



FONDS METERIO
VALVERDE Y TELLEZ

ADMONITIO PRÆVIA

FR. JOANN. FRANC. BERNARDI MARIE
DE RUBEIS,
ORDINIS PRÆDicatorum,
ADMONITIO PRÆVIA.

De præcipuis Summæ Theologicæ editionibus, cum mendorum correctione: deque genuino ejusdem textu, nunquam & nusquam depravato.

~~ut serventur exemplaria~~

CAPUT PRIMUM.

Typographiæ menda, aliæque id genus indicantur, quæ in vetustas ac Romanam anni 1570. editiones irrepserunt. In ea mendis expurganda Francisci Garciae studium; ejusdemque vitia nonnulla. Domini Nicolini Typographi Veneti oscitantia: diligentia vero Cosmæ Morelles.

I. **H**aud operæ dispendium ullum, sed pretium utique fuerit, Theologica à Sancto Thoma Aquinate elucubrata summæ præcipuas editiones, quæ prodierunt, recensere; menda etiam indicare, quæ sive prælo errante, sive Librariorum oscitantia, in Operis præstantissimi textum irrepserunt; atque demum frequentius adhibitas à Viris peritissimis palam facere castigaciones: quin inde opponi quidpiam jure queat, quod inverte interpolationis, corruptionisque suspicionem ullam ingerat. Nonnullos ergo vanos homines, qui corruptam vitæ tamque Divi Thomæ summam, quam recentiores præsertim exhibent editiones, ut palam clamant, aut clam mulsitant, cohibendos adgreditur hæc nostra Dissertatio.

Ab artis Typographicæ Incunabulis plurimæ, ac ferme innumeræ prodierunt Operis præclarissimi editiones: quarum aliæ per partes, integrum illud simulque totum præstant aliæ. Præcipuas recenset diligentissimus Jacobus Echardus, nominibus Typothetarum, locisque & annis editionum, ac Voluminum formis adnotatis: doctisque Viris commemoratis, qui eisdem labore multo, summoque studio accurarunt. Post vetustas quamplures, sive nitidas, sive gothicis (ut ajunt) characteribus vulgatas, Romana prodiit anno 1570. tum summæ Theologicæ, tum omnium & singulorum Angelici Doctoris Operum editio in folio, Tomis XVII. comprehensa, jussu Pii V. Pontificis Maximi: operam suam conferentibus, ut expurgata undique, prorsusque splendida redderetur, Vincentio Justiniano, & Thoma Manriquez, eximii Prædicatorum Ordinis alumnis.

Votis, curisque adhibitis haud bene celsit, cum eadem scateat non paucis mendis Romana editio: purioresque ferme sunt, quæ jam antea prodierant. Menda nempe intelligo, quæ vel incuriam Typothetarum, vel eorum qui manuscriptorum Codices transcribebant, oscitantiam aut imperitiam; causam habent. Rem nonnullis patefacere exemplis liceat, Romana summæ Theologicæ editione collata cum

008041